

LECTIO NONA

BARÁTI MEGHÍVÁS

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me
paucis, si tibi di favent, diebus,
si tecum attuleris bonam atque magnam
cenam, non sine candida puella
et vino et sale et omnibus canchinnis.
Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,
cenabis bene: nam tui Catulli
plenus sacculus est araneorum.
Sed contra accipiies meros amores
seu quid suavius elegantiusve est:
nam unguentum Veneres Cupidinesque,
quod tu cum olfacies, deos rogabis,
totum ut et faciant, Fabulle, nasum.

GYŰLÖLÖK ÉS SZERETEK

Odi et amo, quare id faciam fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio et excrucior